Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67518-p0001-4

# DISSERTATIO
# DE
# BACCALAUREO,

*Quam*

ANNUENTE INCLYTA PHILOSOPHORUM
LIPSIENSIUM FACULTATE

*PRÆSES*

M. CHRISTIANUS Schultze/
Halâ-Saxo, LL. Cultor,

*RESPONDENTE*

JOHANN-DAVID GüTTNERO,
Marckersbachiô Miſnico, Philoſ. ac Medic.
Studioſo,

*publico ac placido Examini*
exhibet
ad
*Diem 13. Julii, M. DC. LXXIIX.*
H. L. Q. C.

---

*LIPSIÆ,*
Stanno WITTIGAVIANO.

LITTERIS BREITKOPFIANIS.

# Qvæſtiones præmiſſæ.

I.

Qvid ſit gradus Academicus? Reſp. Eſt honor ab Academia vi poteſtatis à Majeſtate conceſſæ ob virtutem intellectualem merentibus collatus.

II.

Qvodnam ſit honoris fundamentum? Reſp. Sola atq; unica virtus; non opulentia, nec veſtium luxuria damnata à DEO & profligata â recta ratione.

III.

An honor externus modicè experi debeat? Affirmatur; Qvia honor eſt extremum virtuti debitum, idq; ex judicio divino & humano. Importunè tamen non debet flagitari, qvia de honore magis ſoliciti qvam de virtute, indigni honore judicantur.

IV.

An etiam gradus & honores Academicos ambire liceat? Affirmatur, qvia ſunt præmia debita virtuti & eruditioni, qvæ modicè appetere cuivis digno per modeſtiã & humilitatẽ fas eſt. Laudabilis itaq; eſt Academiarum conſvetudo, qvod tituli Baccalaureorum, Magiſtrorum, Licentiatorum & Doctorum juvenibus & eruditis viris conferantur tanqvam præmia & teſtimonia eruditionis publicæ.

# PRÆFAMEN.

POſtqvàm ab inclytâ Facultate Philoſophica in hâc Alma Philuréa Pater meus honorandus gradu tam *Baccalaureatûs* qvàm *Magiſterii* Anno M. DC. LXII. 3. Kal. *Februar.* honoratus, & ad ejus ſvaſum *prima* mihi *Laurea* Anno M. DC. LXXVI. d. 15. *Aprilis*, *ſecunda* Annô currente d. 31. *Januarii* gratioſè collata, & ex inveterata conſvetudine ſubſecuto die 23. *Mart.* qvi eſt præſentationis, mihi meisqve Dnn. Competitoribus inter alia indictum eſt: Nemini abs hâc diſcedere Univerſitate licere, priusqvàm Diſputationem, qvæ habilitatio dicitur, habuiſſet, adeò ut hâc neglectâ pœnæ locô Loci ſit amiſſio. Juſſu itaqve Dn. Parentis thema præſens de *Baccalaureo* elaborare & tribus *Sectionibus* abſolvere volui, I. agit de *Definito*, II. de *Definitione*, III. de *Cauſis, Adjunctis, Effectibus & Contrariis Baccalaurei*. Si exeqvar juſſum venerandorum Dominorum Promotorum, Præceptorum & Parentis, ac conſeqvar intentionem, boni apud bonos conſultum erit, ſin minùs, volui tamen, conatumqve præſtiti, qvi ſicut in plerisqve rebus vel ſolus laudi ſufficit, ita non mihi arroganter eum ad veniam ſperaverim ſuffecturum, juxta *Rudolph. Agricol. de Invent. l. 3. cap. ult.* Animos autem noſtros ad omnipotentis DEI erigimus adjutorium, ingenio noſtro non confiſi, ſed omnem ſpem ad ſolam ejus providentiam referentes, ut cedat feliciter!

# SECTIONIS I.

## De

## *DEFINITO*,

## CAP. I.

### De

# Etymologia.

Th. I.

Sicut illi, qvi domum moliuntur, ab eô, qvod infimum eſt ceu fundamento: Sic & nos Baccalaureum à definitione veluti fulcro & baſi ejus non immeritò ordimur. Cùm verò definitio ſit vel *Nominalis* vel *Realis* a) de hâc acturi ſumus in Sectione II. Illam verò præmittemus; b) oportet enim priùs ipſius vocis uſum cognoſcere, à qvo ſæpenumerò provehimur in rei perceptionem, ſicut *Plato in Cratyl.* & multis in locis Ariſtoteles oſtendit.

a) Ariſt. l. 1. Prior. Analyt. c. 2. Burgersdic. Inſtit. Log. L. 2. §. 4. p. m. 295. ſeqv. Recleb. ad loc. cit. Ariſt. Zabarell. in L. 1. II. Analyt. p. m. 688. B.

b) Philoſophus II. Poſt. Analyt. c. 10. 11. Top. c. 7. Cic. in Top. vocat Etymologiam. Qvintil. novâ ſed ſatis accommodâ voce Originationem l. 1. Inſtit. Orat. c. 9. Scheibl. Top. c. 26. p. 433. ſeq. Rudolph. Goclen. de rat. defin. c. 4. p. 415. Scalig. Exercit. 359. Sect. 1. Exerc. 88. Sect. 2.

Th. II. Cui Baccalaureus ſuos debeat natales, nondum conſtat, qvamvis magna circa hanc rem inter Philologos fuerit diſceptatio; Grammatici certant & adhuc ſub judice lis eſt. Nos impræſentiarum tres diſſentientium claſſes conſtituemus.

Th. III. In prima deprehendimus Virum omni elegantiori literatura politiſſimum *Ludovicum Vivem*, c) qvi Baccalaureum à militia profectum eſſe dicit: Qvemadmodum enim, inqvit, πρωτοπείρων nomine illi notantur, qvi caſtra ſeqvi ac velitari cœpiſſent, ſemelqve cum hoſte conflixiſſent, & exinde à veteri Gallorum vocabulô Battala vel Battalo prælium ſignificante appellati ſunt Batalarii & Battalarii, junge Soldaten/ neue Kriegesmänner. d) Ita ſucceſſu temporis contigit, ut in pervetuſta e) Pariſiorum Univerſitate Batalariorum nomen imponeretur, & illis qvidem, qvi in diſcipli-

nis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67518-p0005-6

nis ad humanitatem pertinentibus rudimenta & qvaſi tirocinium poſuiſſent, manuqve tanqvam cum hoſte conſerta, publicâ diſputatione eruditionis ſuæ ſpecimen dediſſent. Ignorantiâ verò & conſvetudine evenit, ut Battalarius depravaretur, ac pro eô primùm qvidem Baccalarius, dein Baccalaureus latinum in ſermonem induceretur.

c) In Programmate Baccalaureali d. 19. April. 1656. d) Wulſtorp. Melliſ. onomaſt. p. 876. inde tirocinium ein Schulrecht / die erſte Probe oder Ubung einer Kunſt. Ad differentiam veteranorum alter und geübter Soldaten. Diſtingvuntur enim milites in Tirones & Veteranos. Wendelin. Doctr. Polit. Lib. 2. c. 40. p. m. 448. Wendeler. in Polit. p. 215. Bartholom. Keckermanno tiro eſt novus miles, qvi adhuc nunqvam bello interfuit, & cui, ceu inexperto, dulce bellum eſſe ſolet, Syſtem. Pol. l. 1. p. m. 459. Veterani verò dicuntur, qvi exactô legitimæ militiæ tempore honeſtè ſunt miſſi, vel ſacramentô ſoluti. Zoes. in Comment. ad π. & C. de Veteran. p. m. 1237. Jacob. Cujac. & Matth. Weſenbec. tt. D. & C. de Veteran. & Tiron. p. m. 506. Superioribus annis invaluit in plerisq; Germaniæ Academiis barbaries, qvæ Tirones & Novitios Pennäle / niſi integrum annum iniqviſſimis ſe ſubmiſerint exagitationibus & ſubinde graviora damna largis poculis & ſumtuoſis dapibus redemerint, à communibus ſtudioſorum juribus & ſacris repellere nitebatur. Wendelin. d. l. p. 257. Hodiè Tironis appellatione qvivis in arte non ſatis peritus venit, ein Neuling: Sic & Conſtit. Elect. Univerſitat. Tit. von Stipendiaten p. 132. novum Theologiæ ſtudioſum Tironem Theologiæ vocat. e) Qvæ à Carolo M. de Conſilio Alcuini, Caroli M. Præceptoris & familiaris inſtituta eſt A. C. 791. in hâc non niſi Philoſophiæ Profeſſores docuerunt usqve ad Seculum XII. Wilhelm. Stratem. in Theatr. hiſt. p. 858. &c. Idcircò illa exemplar & amuſſis cùm Pragenſis, tùm Lipſienſis Academiæ (cujus illa origo) habita eſt ab Alexandro Papa in confirmat: d. 9. Sept. 1409. qvod liqvidò apparet ex verbis: Magiſtros, Doctores in ſcientiis & Facultatibus anteà dictis volentes illuc accedere, legere, diſputare, nec non alios exercere actus ſcholaſticos, ſicut in Univerſitate ſtudii Pariſienſis conſvevit, ordinamus.

Th. IV. A Ludovico Vive diſſentire non videtur *Pontanus* f) Vir eruditione celebris, qvi ludibrium deberi, Baccalaureorum uſitatum nomen à lauri baccis derivantibus, opinatur, cùm id origine gallicum eſſet, à voce *Bataille*, qvâ prælium deſignatur, ut ita Battalarius nihil aliud ſit qvàm miles tiro.

f) Dn. Decan. in Progr. Baccal. d. 2. Nov. 1655.

Th. V. Sed licet iſti Autores hanc ſententiam acriter propugnent, paucos tamen ſibi adhærentes literatos invenient, contraria-

tur enim eorundem ſententiis *B. Rhenan.* *g*) qvi ſcribit, ſe in vetuſtioribus Univerſitatis Pariſienſis Academiæ codicibus legiſſe Bacellarios, à *Bacello* ſcilicet deducto vocabulo, qvi qvoddam mancipationis ſignum fuiſſet, qvô ab aliis diſtingverentur. *h*) Nonnulli *i*) à *baculo* derivatum exiſtimant, qvi ſcilicet traditus fuiſſet Candidatis h. e. qvi ſtudium ſuum dare doctrinæ cœpiſſent. Et hæc eſt altera de origine noſtri Baccalaurei opinio.

*g*) Rhenan. in Tertull. Schol. p. 119. *h*) Alii à bacillo tanqvam inſigni ejus gradûs Mart. Lex. Philolog. ſub h. v. p. m. 103. *i*) Dreſſer. Milliar. 6. p. 283. Wendelin. l. 2. Polit. Inſtit. p. 259. inqvit. Bacularium à baculis alii derivant, qvia olim porrectô baculô, tanqvam mancipationis in ſtudium ſignô, primam ſtudii autoritatem judicabantur conſecuti.

Th. VI. Qvorum neutra mihi arridet opinio, ſed à Lauri baccis, qvæ victoriæ inſigne, *k*) Baccalaureum noſtrum deductum potiùs eſſe exiſtimo, qvippe qvam ſententiam qvoqve pleriqve *l*) Eruditorum ambabus, ut ajunt, manibus amplectuntur, nec ſine ratione aut fundamento probabiliori, *m*) qvod etiam me impulit, ut ipſis facilè aſſenſum præbuerim, qvia olim hujus gradus Candidatis frondes laureæ bacciferæ aurô & argento decoratæ ſive corollæ *n*) baccis lauri nexæ ſolebant offerri, ſicuti hodiè Magiſterii Candidatis mitras violaceas in ſolenni ipſorum actu imponi videmus. Qvod autem idem noſtris non obtineat temporibus, absqve dubio fit ob ipſam lauri, qvâ plerumqve noſtræ ſunt deſtitutæ regiones, penuriam. Deſiit ergò ritus & res, uti aliàs fieri etiam ſolet, relictô ſolô nomine.

*k*) Latinè laurus dicitur, græcè δάφνη, Baccæ ejus δαφνίδες. Laurus duûm eſt generum: una tenui foliô conſtat, altera latiore, utraqve odoratiſſima, non ſolùm in hortis, viridariis, vineisqve ſata vireſcit, ſed etiam in ſylvis, maximè locis maritimis ac etiam in montibus & collibus apricis, qvi lacus & maria reſpiciunt, ſpontè naſcitur. Freqventiſſima Laurus eſt in Italia, Hiſpania, Gallia Narbonenſi aliisqve calidioribus regionibus, in qvibus in proceram arborem aſſurgit. Frigidioribus locis in hortis qvidem ſerunt, ſed ſummâ adhibitâ diligentiâ curâqve à frigoris injuria vix tuentur, Lauro enim inimicum frigus. Folia Lauri perpetuò virent. Menſibus Martio & Aprili germinat. Baccæ autumni fine decerpuntur vel hyemis initio ut olivæ. Laurus utraqve excalefactoriam habet naturam, Lauri tamen baccæ magis qvàm folia calefaciunt. Baccæ cum vino ſerpentibus, ſcorpionibus & araneis reſiſtunt. Fabulantur Poëtæ, Daphnen formoſiſſimam Penei fluvii filiam fuiſſe, qvam cum deperiret Apollo, & fugienti inſtaret, votis puellæ excitata

citata tellus confeſtim arborem edidit & puellam in ſinum ſuum recepit. Re conſpectâ deterritus Apollo vulsô ramô ſeſe coronavit & arborem virginis nomine donavit. Qvô verborum involucro nonnihil veri ſignificatur: nempe laurum vaticinii ſymbolum & Apollini vaticinii DEO ſacrum, Puellam verò ſapientiam eſſe. Laurus triumphis propriè dicatur & eâdem victores coronabantur. Ipſa paciſera, ut inter armatos hoſtes etiam qvietis ſit indicium. Romanis præcipuè divitiarum victoriarumqve nuntia, additur Muſis & militibus. Hinc Ovidius: Metamorph. L. 1. Fab. 14.

*Arbor eris certè, dixit, mea: ſemper habebunt*
*Te Coma, te citharæ, te noſtræ, Laure, pharetræ.*
*Tu ducibus Latiis aderis, cum læta Triumphum*
*Vox canet, & longas viſens capitolia pompas.*
*Poſtibus auguſtis eadem fidiſſima cuſtos*
*Ante fores ſtabis, mediamq; tuebere qvercum,*
*Utq; meum intonſis caput eſt juvenile capillis,*
*Tu qvoq; perpetuos ſemper gere frondis honores.*

Dalechamp. & Ravill. in hiſtor. general. plantar. f. 351. Ovid. cit. l. & lib. 3. Triſt. Eleg. 1. Plin. in hiſt. Nat. l. 15. c. 30. 14. Tibull. l. 2. El. 6. Sic lauri baccas habet Virg. L. 1. Georg.

——— ——— ——— *Et ſacrâ redimitus tempora laurô.*

Valla l. 6. c. 14. Der Lorbeer-Baum Laurus, das Laub Lorea, die Beeren Lauri baccæ. Die Haupt-Leute/ſo in Krieg oblagen/wurden mit Lorbeer-Kräntzlein begabet. Weiter hat man vor alten Zeiten (& adhuc hodiè) die Poeten mit Lorbeer-Zweigelein coroniret. Es iſt aber der Lorbeer-Baum nicht an allen Oerten gemein Bock herbar. fol. 390. *l)* Wendel. Polit. p. 259. Tholoſan. l. 18. de Republ. c. 9. n. 5. Calepin. p. 153. Hieron. Præt. Philoſ. Pract. Part. Spec. Punct. IV. p. m. 326. Dn. Decanus in program. Baccal. d. 9. April. 1676. *m)* Sanè bacca lauri huic ordini conveniens eſt pro teſtimonio purgatæ mentis & hortamenti ad indefatigabilem vigiliam & inoffenſum progreſſum in ſtudio ſapientiæ, purgat enim ſangvinem. Dioscorid. ait. l. 1. c. 90. Succus baccarum utiliſſimè aurium dolori inſtillatur cum vino veteri & roſaceo. Adjiciuntur in medicamentis ad nervorum laſſitudines reficiendas, & ad ungventa qvæ calefaciunt & diſcutiunt. Multa omninò ſunt, qvæ ad comparationem jucundam lauri & ſtudiorum faciunt. Nam cauſæ ſunt in natura, cur Laurus Apollini & Muſis ſacra fuerit, Martin. Lex. Philolog. ſub v. Baccal. *n)* Wendelin. Doctr. Polit. p. 259. Olim Militibus tironibus non ſingulis, ſed iis tantùm, qvi fortibus auſis antecellebant, in ſpecie præmia militaria dabantur, qvalia olim uſitata erant torqves, armillæ, haſtæ, coronæ. Variæ autem fuerunt corollæ, (α.) Civica è foliis qvernis, qvæ dabatur ei, qvi civem ſingulari periculo in pugna liberaverat. (β.) Muralis ex auro tributa eſt ei, qvi primus vi & armis hoſtium mœnia conſcendiſſet. (γ.) Obſidionalis è gramine

mine

LITTERIS BREITKOPFIANIS.

mine ei, qvi in obſidione tollendâ egregiam præſtitiſſet operam, texebatur autem è gramine intra obſeſſum locum decerpto,

*Labitur infelix ſtudiorum atq; immemor herbæ*
*Victor eqvus* —— —— —— ——

Maro 3. Georg. Lipſ. l. 5. de Mil. Rom. Dial. 17. (δ.) Caſtrenſis ſimiliter ex gramine intra caſtra concedebatur ei, qvi primus oppugnando vallum hoſtile occupaſſet. (ε.) Navalis aurea ei, qvi navali prælio, claſſem hoſtium armatus eſſet ingreſſus. Conz. Polit. L. X. c. 57. Wendelin. Doctr. Polit. l. 2. p. 482. (ζ.) Triumphalis, qvæ Imperatoribus poſt victoriam ad urbem redeuntibus ad Triumphum remittebatur, hæc ex lauro fiebat &c. (η.) Ovalis myrtea, qvâ utebantur Imperatores, qvi ovantes introibant civitatem &c. Beckm. de Orig. L. L. p. 1120. Vid. cùm Gellium l. V. Noct. Attic. c. 6. tùm Carol. Paſchalium opere de coronis præcip. l. VII. qvi eſt de coronis militaribus.

## Cap. II.
### *De*
# Homonymia.

### Th. VII.

Cum etiam fermè qvælibet vox ſit obnoxia æqvivocationi, Ergò neceſſe eſt illam ante omnia removeamus, ut exinde certa & diſtincta conſtituatur ſignificatio. (o) Non acturi ſumus h. l. (1.) de Baccalaureatu in abſtracto, qvatenus ille eſt publicum teſtimonium. (p) & honor Academicus præmiumqve ſtudiorum, ſed de Baccalaureo in concreto, qvatenus eſt ſubjectum, qvod hunc honorem ſuſcipit, & in qvo eſt.

o) Scharff. Inſtit. Log. in Prax. ejusd. l. 1. c. 1. p. 842. (p) Dieweil die publicæ promotiones bey denen hohen Schulen anders nichts/ dann öffentliche Teſtimonia und Zeugniſſen ſind/ darbey die frommen und fleiſſigen Studioſi, von den andern unterſchieden/ auch die Herrſchafft iederzeit wiſſen möge/ wie ein ieder ſeiner Geſchickligkeit halber/ in der Regierung/ Kirchen und Schulen nützlich zu gebrauchen/ derowegen dieſelben auch billich purè gratis nach eines ieden Gottesfurcht/ Zucht/ Fleiß und Geſchickligkeit gegeben und ſonſt nichts angeſehen werden ſoll. Churfürſtl. Verordn. bey den Univerſität Tit. von der Promot. Carpz. JPC. L. II. Tit. 25. n. 19.

Th. VIII. Nec (2.) de illo Baccalaureo, qvi inter Scholæ Collaboratores infimum vel proximè eum obtinet locum, (q) ſed talem, qvalem deſcribimus Sect. 2. c. 1. §. 11.

(q) Qvi dicitur Baccalaureus funerum & Noſocomii, de qvibus vid. cap. XV. E. E. Hochw. Raths der Stadt Leipzig Schul-Ordnung.

Cap. III.

## Cap. III.

*De*

# Synonymia.

Th. IX.

ÆQvipollentes termini & deſcriptiones Baccalaurei occurrunt variæ, verbi gratiâ: qvi primos honores ſcholaſticos adeptus, philoſophiæ honorem conſecutus, primæ Laureæ titulô honoratus eſt. Laurea enim ſecunda eſt ipſa dignitas Magiſterialis. *r*)

*r*) Meland. Jocoſeriô 204. Marpurgi Literarum qvidam ſtudioſus laureæ ſecundæ conſeqvendæ gratia certas de auditu theſes diſputandas defendendasqve ſuſcipiebat & alacri animo cathedram conſcendebat, cùm verò pro roſtris jam conſiſteret ac ingens literatorum eſſet adoleſcentium corona circumfuſa, cœpit expalleſcere. Itaqve Candidatis cæteris ſua jam in ipſum tela ejaculantibus Candidatus noſter aſſumit qvidem, ſed minimè refellit, qvod juvenis qvidam unà cum aliis qvibusdam eruditis adſtans admiratus eſt, & commilitonibus in aurem inſuſurravit: Næ! prudenter hic fecit Candidatus, qvod de auditu theſes ſibi diſceptandas elegerit, etenim non reſpondentis utiqve ſed audientis perſonam ſuſtinet.

# Sectionis II.

## Cap. I.

*De*

# Definitione.

Th. X.

Cùm Baccalaureus noſter tanqvam Concretum ad nullum pertineat Prædicamentum directè, *s*) ejus itaqve definitio numeris omnibus abſoluta dari neqvit, ſed deſcribitur ſaltem h. m.

*s*) Plurim. Reverend. Dn. L. Val. Alberti in diſcurſ. ſuo Log. ad Stier. Tractat. 1. Part. com. c. 7. Scharff. Inſtit. Log. l. 1. Tract. 1. c. 3. p. 132.

Th. XI. Baccalaureus eſt Perſona, qvæ Lingvarum & Philoſophiæ partibus ad hunc gradum neceſſariis abſolutis, honeſtè vivendo, primam in eâdem Lauream præeunte examine, ritu ſolenni cum fructu accepit.

Th. XII. Qvemadmodum omnis definitio conſtat genere & differentia; *t*) ita & in hâc noſtra deſcriptione Baccalaurei vicem generis ſuſtinet perſona, qvia definitio perſonæ, (qvòd ſcilicet ſit



LITTERIS BREITKOPFIANIS.

ſubſtantia ſingularis, completa, incommunicabilis, intellectu prædita) & tria inſimul reqviſita generis ei competunt. Differentia verò conſiſtit in reliqvis, qvæ adjecimus, verbis à cauſis & modô deſumtis. *u*)

*t*) Agricol. de Invent. l.1.c.5.p.40. Goclen. de rat.defin. can. 2. p.426. Zabarell. de Med. Demonſtrat. L.1.p.576.c. *u*) de qvibus c. 3. hujus Sect.

## Cap. II.
### *De*
# Diviſione.

### Th. XIII.

DEfinitionem ſeqvitur diviſio. Proximum enim eſt, ut, cùm qvid ſit unumqvodqve dixeris, deinde qvoqve qvotuplex ſit, oſtendas. *w*) Differunt Baccalaurei (1.) ſecundum diverſitatem Facultatum Philoſophiæ *x*) Theologiæ *y*) Juris *z*) & Medicinæ. Putat qvidem Marcus Frid. Wendelinus (*α*) Germaniam noſtram Philoſophiæ tantùm Baccalaureos creare; At errat hîc, ſiqvidem in unaqvaq; Facultate Baccalaureos in alma Lipſienſium Academia creari videmus.

*w*) Agricol. de Invent. L. 1. c. 5. p. 40. *x*) Der Gradus Baccalaureatus &c. Churfl. S. Verordn. bey der Univerſität: Tit. von denen Grad. in Facult. Philoſ. p. 276. *y*) Demnach ſoll ein Baccalaureandus zuförderſt in den Büchern der Heil. Schrifft Altes und Neuen Teſtamentes läufftig ſeyn/ darzu die Haupt-Artickel Chriſtlicher Lehre alſo gefaſt und gelernet haben/ daß er aus ermelter Heil. Schrifft dieſelben ziemlich zu vertheidigen wiſſe/ und deßhalben alle hievor gewöhnliche nützliche Exercitia, ſo zu Erlangung dieſes Gradus verordnet/ auch in öffentlicher Diſputation reſpondendo ein ſpecimen erwieſen haben ꝛc. Ead. Conſtit. Tit. von den Promot. in Facult. Theol. p. 269. *z*) In Studio Juris ſol in Jure ad Baccalaureatum keiner zugelaſſen werden/ er habe dann zuvor die Inſtitutiones, deßgleichen den Titulum de V. S. wohl ſtudiret/ und daß ihm auch darneben die Ordines und Continuationes Titulorum bekant ſeynd ꝛc. d. ordinat. tit. von der Promot. in Facult. Jurid. p. 269. Brautlacht Epit. Jur. Publ. l.5.c.3 p.151. *α*) in doctr. Polit. L. 11. Th. 15. p. 259. Sic Norimbergenſium Academiæ Altorfinæ Rudolphus II. & Ferdinandus II. de plenitudine Cæſareæ poteſtatis privilegium conceſſerunt, ut per Collegia Profeſſorum idonei ad ſumendam palmam rigoroſo examine inſtituto in Philoſophia, nec non Medicina, utroqve jure Baccalaurei, Magiſtri, Licentiati, Doctores, qvin etiam Poëtæ Laureati, pro

unius-

uniuscujusq; ſcientia & doctrinâ creari nec non Biretti vel coronæ Lau-
reæ impoſitione inveſtiri poſſint. Knipſchild de jur. & privileg. Civit.
Imper. Lib. 3. c. 38. fol. 916. n. 63. ſeq.

Th. XIV. Ratione loci dividimus Baccalaureos in Pariſien-
ſes, γ) Pragenſes, Lipſienſes &c. Nec eſt, qvod qvidam eorum præ
aliis dignitatem ex loco ſibi arrogare velint, cùm Baccalaureum
meliorem locus non faciat. Interim negare haud poſſumus, qvod
gradus artium in Lipſienſi Univerſitate collati majori in pretio δ)
habiti fuerint, adeò ut Magiſtri atqve Baccalaurei in exteris Acade-
miis promoti diſputationum Lipſienſium deſideriô agerentur, prout
L. Zacharias Schneiders PP. Chron. Lipſ. ε) diſertè illud expri-
mit ꝛc. Sondern auch/ daß viel in andern Academiis promovirte Ma-
giſtri und Baccalaurei ihnen für eine ſonderliche hohe Ehre gehalten/
wann ſie ſich bey der Univerſität zu Leipzig habilitiren möchten. Wie
dann von Cracaw/ Cölln/ Meintz/ Erfurth/ Baſel / Heidelberg/ Ro-
ſtock/ Wittenberg/ Franckfurth/ Jena und Helmſtädt zu unterſchied-
lichen Zeiten Magiſtri uñ Baccalaurei dahin kommen/ und weder Mühe
noch Koſten geſparet/ daß ſie unter die Leipzigiſchen Magiſtros und Bac-
calaureos auffgenommen werden möchten.

γ) infr. Sect. 3. c. 2. §. 22. δ) eod. ε) lib. 6. p. 305.

Th. XV. Temporis deniqve ratione Baccalaurei erunt vel
hyemales, qvi hyemali, & æſtivi, qvi æſtivo creantur tempore, ſeu, ſi
philoſophicis potius liceat uti verbis, in illos, qvi vel circa hybernum
vel circa æſtivum renunciantur ſolſtitium. Annum enim ſolarem
Philoſophi in qvatuor dirimunt Trimeſtria : (I.) eorum eſt,
qvod Reminiſcere cognominatur & ad ſolennem usqve SS. Trinita-
tis feſtivitatem ſe extendit, hæc enim exordium eſt Trimeſtris à pri-
mo proximi (II.) qvod auguſtiſſimo Trinitatis nomine ſignatum eſt
& 18. Calend. Octob. (cui diei à crucis exaltatione Aſtrologi no-
men impoſuerunt) ſolet finiri. Cui ſuccedit (III.) qvod rece-
ptô crucis vocabulô appellatur, ſuumqve à die 14. Septembris pri-
mordium capiens, Decembri d. 13. qvi Luciæ nomine in faſtis in-
ſignitur, terminari conſvevit. Hic namqve initium eſt (IV.) Trime-
ſtris, qvod Luciæ cognomen fert, atqve ſuum qvinto Solis die (qvem
Dominicum ritè dixêre majores l. 7. C. de Fer.) ante glorioſiſſimum
Chriſti reſurgentis Feſtum finitur. Sub primi, ſecundi ac tertii
qvidem Trimeſtris initium hodiè invitantur illi, qvi ſe Baccalaureos

 creari

LITTERIS BREITKOPFIANIS.

creari deſiderant, qvartum autem Magiſteriali reſervatum eſt ſolennitati, qvanqvam ab initio Almæ hujus Academiæ fundationis in obſervatione anni Philoſophici non tria ſed qvatuor ad conferendum Baccalaureatûs honorem deſtinata fuerint tempora, referente L. Schneider in Chron. Lipſ. §. Baccalaurei aber ſind anfänglich des Jahrs viermal als Reminiſcere, Trinitatis, Crucis und kurtz vor Luciæ, nemlich umb S. Nicolai Tag gemachet worden: Aber A. 1420. iſt aus gewiſſen Urſachen die Promotion circa Nicolai auffgehaben/ uñ bey den übrigen 3. Promotionibus biß auf heutigen Tag verblieben.

# SECTIONIS III.

## CAP. I.

### De

# Efficiente Baccalaurei.

### Th. XVI.

AD cauſas nunc delabimur, earumqve Efficientem, qvam triplicem eſſe ſtatuimus, (α) Remotam, qvæ eſt, poſt DEUM O. M. Regem Regnantiũ & Dominum Dominantiũ, à qvo omnia bona fluunt, Jac. 1. v. 17. 1. Tim. 6. v. 15. Apoc. 17. v. 14. c. 19. v. 16. Imperator Romanus, caput Imperii ſupremum & orbis Romani Dominus l. 9. π. ad L. Rhod. Novell. 30. præfat. l. 1. §. fin. l. 3. π. de Conſtit. Princ. A. B. t. 8. & 11. Hic in Imperio concedit jus erigendi Academias & ſtudia univerſalia, qvippe qvod jus non niſi ſummæ ζ) competit Majeſtati, qvia ad majora Regalia ſeu Reſervata Cæſarea pertinet. Hinc Imperii Romano-Germanici ſtatus ad conceſſionem Cæſaream Academias erigere, idqve citra confirmationem Pontificis η) videmus.

ζ) Summarum dignitatum & inſignium collatio, Regum, Electorum, Archi-Ducum, Ducum, Principum, Marchionum, Landgraviorum, Comitum, Baronum, Eqvitum, Nobilium, Comitum Palatinorum, Doctorum, Licentiatorum, Magiſtrorum, Baccalaureorum, Tabellionum ſive Notariorum creatio, meritò reſervatis Cæſareis & Majeſtatis Regalibus adſcribitur & ſoli Imperatori attribuitur, cùm Imperatoria Majeſtas fons ſit omnis dignitatis & Nobilitatis arg. l. 3. π. de Nat. reſtit. Nov. 53. cap. 5. in fin. Knipſch. de jur. civit. Imperial. L. 2. c. 4. n. 40. 41. Schrader de Feud. P. 4. c. 1. n. 2. Sixtin. de Regal. L. 1. cap. 2. n. 23. & 36. &c. c. 4. n. 3. ſeq. Limnæus de jur. publ. tom. 1. L. 2. c. 9. n. 17. ſeq. Brautlacht. Epit. Jurisprud. Publ. L. 5. c. 3. pag. 149. & 150. §. 6.

Carpz.

Carpz. JPC. T. 25. d. 396. n. 1. Auth. diſſert. de J. P. L. 2. c. 3. p. m. 178. O. C. P. 3. 6. 3. §. Deßgleichen ſollen die Univerſitäten welche zum wenigſten von unſern Vorfahren/ Römiſchen Käyſern und Königen/ der ietzigen Keyſerl. Majeſtät ꝛc. oder Uns confirmiret. Sic Imperator Rudolphus II. Academiæ Gieſenſi Anno 1607. Ferdinandus II. Argentinenſi An. 1621. Maximilianus I. tempore Electoris Frid. III. Wittebergenſi anno 1502. Rupertus Palatinus tempore Friderici I. Electoris Saxoniæ Lipſienſi anno 1409. privilegia dedêre. Reinking de Regim. ſecul. & Eccleſiaſt. l. 1. cl. 5. c. 6. n. 132. 145. D. Preybiſ. Diſſert. polit. 3. Theor. 2. De Privilegiis diſſeruit D. Chriſtoph. Phil. Richter in expoſit. Auth. Ne filius pro Patre &c. Joh. Volckm. Bechman & Helfric. Hunn. η) Mirum, inqvit, Carpz. l. c. qvosdam eò audaciæ progreſſos fuiſſe, ut veriti non ſint ſcribere in Camera non admitti niſi promotos in approbatis à Pontifice Academiis, qvos contrariis exemplis ibid. refutat. Plura apud Arniſæum, Wendelin. Cluver. Beckerum, Sprengerum, Carpz. ad L. Regiam &c.

Th. XVII. Imperator autem vel ipſemet immediatè vel mediatè per Academias aut Comites Palatinos dignitates Doctoratûs, Licentiæ, Magiſterii & Baccalaureatus confert, & donati ejusmodi titulis â Comite Palatino omnibus & ſingulis gaudent privilegiis, prærogativis, exemtionibus, conceſſionibus, honoribus & gratiis, qvibus cæteri Doctores vel Licentiati, nec non Magiſtri ac Baccalaurei, qvi in Academia Pariſienſi, Patavina, Peruſienſi, Piſana, Senenſi, Viennenſi, Ingolſtadienſi & qvolibet alio publico & privilegiato Gymnaſio promoti, vel etiam ab ipſis Imperatoribus inſigniti. Qvanqvam Renneman. de jur. Rerum (θ) ſvadeat: Academico potius ordine & ſtatis temporibus in Facultatis ſuæ Palæſtra eruditionis ſuæ ſpecimen cùm docendo tùm diſputando edere & hiſce exercitiis ſeſe ad gradus honorum captandos idoneos demonſtrare, qvàm ſub privato Bullarum Flamine navigare.

(θ) Diſput. 47. parerg. 2. n. 9. Carpz. ad L. Reg. Germ. c. X. Sect. X. p. m. 711. n. 21. ſeq. Extract. Privileg. Imper. Hanſen Joachim von Grünenthal anno 1625. & Dn. D. Securio anno 1660. conceſſorum c. 6. §. Weiter geben wir auch obgedachten Theodoro Securio noch ferner unſere vollkommene Macht und Gewalt / daß er in allen Facultäten / als in der Jurisprudentia, Artzney und Philoſophia Doctores und Licentiaten/ auch der freyen Künſte Magiſtros, Baccalaureos und Poëtas Laureatos creiren und machen ſoll und mag/ doch daß er in einer ieden Creation eines Doctors oder Licentiaten zum wenigſten drey andere Doctores derſelben Facultät zu ſich nehme und gebrauche/ die den jenigen/ welchen Sie alſo zu Doctoren oder Licentiaten creiren und machen wollen/ zuvor gebührlicher Weiſe/ ob er des Standes oder Grads würdig/ darzu geſchickt und

 tauglich

LITTERIS BREITKOPFIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67518-p0014-6

tauglich ſey ? nothdürfftiglich examiniren / und den oder dieſelben/ ſo ſie tauglich und geſchickt erkennen und erfinden werden/ als denn zu Doctoren und Licentiaten creiren und machen/ ihnen auch die gewöhnlichen Doctorlichen Zier und Kleinod/ an unſer ſtatt und in unſerm Nahmen conferiren und verleihen/ welche Doctores, Licentiati, Magiſtri, Baccalaurei und Poëtæ, ſo von ernandten Theodoro Securio creiret und gemachet werden / auff allen Univerſitäten zu lehren / zu leſen / zu diſputiren und andere dergleichen Actus zu üben und zuverrichten Macht und Gewalt/ auch alle Gnade/ Freyheit/ Vortheil/ Recht/ Gerechtigkeit und gut Gewohnheit haben ſollen und mögen / als andere Doctores, Licentiaten/ Magiſtri, Baccalaurei und Poëtæ, ſo auff den hernachbenanten Univerſitäten als nemlich Paris, Bononien/ Padua, Peruſa, Piſa, Löven/ Wien/ Jngolſtadt / Leipzig/ Wittenberg und Marpurg creiret werden/ üben/ verrichten/ haben/ gebrauchen und genieſſen / von allermänniglich unverhindert ꝛc.

Th. XVII. Baccalaurealis qvoqve gradûs in ipſa ſtatim Confirmatione Papali diſertis verbis facta eſt mentio. ι) Fruſtra ergò Treutlerus atqve Beſold κ) diſſentiunt; Si enim creatio Baccalaureorum nihil haberet Regalium, utiqve non fuiſſet neceſſum, ut specialiter hoc jus impetretur. At verò id debere impetrari, certum eſt. Unde qvi Baccalaureos renunciant, faciunt hoc non qvà docti, aliàs omnes Docti Baccalaureos creare poſſent, ſed qvà DECANI imperatoriâ vel Papali poteſtate conceſsâ muniti.

ι) Autoritate ordinamus, illis, qvi proceſſu temporis in eôdem ſtudio brabéum in ea Facultate, aut in illa ſcientia, in qvâ ſtuduerunt, meruerint obtinere, ſibiqve docendi Licentiam, ut alios erudire valeant, ac Magiſterii ſeu Doctoratus honorem ac Baccalaureatus gradum petierint, impendi per Magiſtrum ac Doctores illius Facultatis ac ſcientiæ, in qva Examinatio fuerit facienda. κ) θ. 1. Diſp. 1. §. 2. lit. A. Beſold. 1. Polit. 12. p. 3. n. 48. Wurmſer. Exercit. publ. V. & 12. p. m. 224. qvi hos ſecutus eſt.

Th. XVIII. Cauſa impulſiva eſt, ut juventus Academica ad curam, meditationem & diligentiam in bonarum Artium, Diſciplinarum & Facultatum ſtudiis inſtigetur, ſiqvidem nemo, niſi qvi fuerit ignaviſſimi ingenii, gloriæ atqve honoris conſeqvendi ſpe non vehementer excitetur. λ) Sic enim Sereniſſ. Saxo in Conſtit. Univerſitat. μ) Erſtlich iſt unſer Wille und Meynung / daß hinführo die Gradus gehalten werden/ wie ſie einmahl wohl verordnet/ dadurch die Jugend zum Fleiß gereitzet ꝛc. & al. in loc. ν) Der Gradus Baccalaureatus, welcher vermöge der alten Statuten aus vernünfftigen und

erheb-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67518-p0015-1

erheblichen Urſachen verordnet/ ſoll auch hinführo in beyden unſern Univerſitäten in Philoſophia ſo wohl als andern Facultäten gehalten werden ꝛc.

λ) Honos enim alit artes, omnesqve incenduntur ad ſtudia gloriâ: jacentqve ſemper, qvæ apud qvosqve improbantur. Cic. Tuſcul. qvæſt. 1. 148. b. Qvod nec Pythagoricum latuit Philoſophum, Porphyrii diſcipulum Jamblichium, cujus hoc eſſe ferunt: Incrementum capit, qvicqvid honore afficitur, qvicqvid autem in nullo habetur, accipit detrimentum. Carpz. J. PC. L. II. d. 408. L. 11. μ) Tit. von der Promot. in den dreyen Superiorib. Facult. p. 262. ν) Tit. von der Promot. in Facult. Phil. p. 226.

Th. XIX. Propinqva eſt DECANUS, qvi caput, ξ) & in qvo tota qvaſi Facultas conſpicitur atqve repræſentatur. Cujus omnium primus fuit M. Heinricus Bernhager/ welcher A. 1409. Donnerſtags vor Simonis Judæ von denen Pragiſchen Magiſtris erwehlet/ und unter ihm ſind Ein und viertzig Magiſtri und fünff und zwantzig Baccalaurei, welche alle zu Prage promoviret/ und von dannen nach Leipzig ſich begeben hatten. ο) immatriculiret und eingeſchrieben worden. π)

ξ) Sonſten wird in Acad. Lipſ. die Univerſität auch in vier Facultäten abgetheilet/ welche iede einen Decanum zum Haupt hat. L. Schneider in Chron. Lipſ. l. 6. p. 295. Das Haupt der Philoſophiſchen Facultät iſt der Decanus, welcher alle halbe Jahr nach Ordnung der vier Nationen/ und zwar aus der Meißniſ. und Sächſ. Nation Sonnabends vor Georgi/ aus der Pohlniſchen und Bäyeriſchen aber/ Sonnabends vor Galli erwehlet wird. Dahero jene die Sommer/ dieſe aber die Winter Decani genennet werden. Id c. l. p. 301. ο) Occaſio autem emigrationis hæc fuit: A. 1100. Eccleſia Romanenſium erroribus decubuit. A. 1160. Petrus Waldus civis Lugdunenſis mercator doctus, opulentus & virtuoſus extitit & Papæ contradixit. A. 1360. Johannes Wiclef. in Oxonienſi Academia Theologiæ Profeſſor apud Anglos vixit, cujus libros poſt mortem ejus Pragam detuliſſe Nobilem qvendam ſtudioſum fertur. A. 1404. Johannes Huſs Rector & Prof. Academiæ Pragenſis ſedulâ Wicleſii librorum lectione commotus, Pragæ contra Papam publicè diſputavit. Sed Archiepiſcopus Pragenſis Zedencho homo adeò rudis, ut Alphabetarius diceretur, Wicleſii libros publicè ardenti Vulcano tradidit. Tùm ſtudioſi, ut par pari referrent, etiam Bullas Papales currui impoſitas cum effigie meretriciâ publicè combuſſerunt, atqve poſt Huſſi abitum, cui concionari erat interdictum, agmine facto ex Academia Pragenſi, ex ſola Natione Germanica qvatuor millia ſtudioſorum Lipſiam ſe anno 1409. contulerunt, Wilhelm. Stratem. in theatr. hiſt. Exit. 9. Hildebr. Syn. Hiſt. Univerſ. p. 225. Diſſipata ergò ex his eſt

Acade-

LITTERIS BREITKOPFIANIS.

Academia Pragenſis, qvânqvam & aliæ acceſſerint cauſæ & contentiones natæ ex æmulatione inter Germanos & Bohemos, de qvibus Chron. Carion. l. 5. p. m. 618. Zwiſchen den Päbſtiſchen und Huſſitiſchen hat ſich nicht allein auff den Cathedern täglich viel Streits erhoben/ ſondern es haben auch die Studenten in zwo Partheyen ſich getrennet/ einander auffs eufferſte gehaſſet/ offtersmals einander feindlich angegriffen/ ſich gerauffet und geſchlagen/ und iſt manches ehrliches Mutter Kind darüber des Nachts erwürget/ und in die Mulde geworffen worden. Darzu kam (2) der Böhmiſchen Nation Hochmuth/ Ehrgeitz und Eigennutz/ welche nicht mehr leiden wolten/ daß die andern drey Nationes nach der Univerſität Fundation mit ihr gleiche Stimmen in Berathſchlagungen haben möchten. Nun hätte zwar König Wenceslaus, bey welchem deßwegen täglich Klagen einkamen/ dieſem Ubel leicht begegnen können/ aber er hat aus Verachtung der freyen Künſte und gelehrten Leute/ nicht allein das vielfältige Klagen nicht geachtet/ ſondern auch zum Spott/ ſeinen Ober-Koch einen groben/ ungehobelten und unverſtändigen Mann denſelben zum Vorſteher geordnet/ welches die (3) und fürnembſte Urſach geweſen/ dadurch die gantze Univerſität/ ſonderlich aber die drey Außländiſchen Nationes zum höchſten beleidiget/ und dahero andere Oerter zu ſuchen genöthiget worden. Unter denen aber Ao. 1409. ausziehenden Univerſitäts Verwandten haben Magiſtri und Doctores aller 4. Facultäten mit etlichen 1000. ihren Diſcipulis und Studioſis aus der Pohlniſchen/ Bäyeriſchen und Sächſiſchen Nation ſich ins Meißner-Land gewendet/ zu Leipzig niedergelaſſen und von Hertzog Friderico und deſſen Bruder Wilhelmo Auffnahm/ Schutz und Unterhalt unterthänigſt geſuchet und deßwegen gnädigſte Vertröſtung erlanget. Auch iſt den Montag nach den I. Advent die Univerſität nach Erlangung der Päbſtlichen Confirmation eingeführet worden. L. Schneider in Chron. Lipſ. l. 6. p. 278. & 274. π) Id l. c. l. 6. p. 301.

Th. XX. Proxima tandem eſt Promotor, qvi in ipſo actu ſolenni Baccalaureos renuntiat. ππ) Per ſortem autem ille ex qvatuor illis Examinatoribus (qvi unà cum capite ſuo, Dn. Decano in profectus Baccalaureandorum inqviſivére) conſtituitur.

ππ) Renunciare eſt æqvivocum (1.) propriè eſt nuntiorum & Legatorum, qvi ſi qvid egerint, referunt, (2.) denotat in judiciis relationem nuntii, viatoris & executoris, (3.) architectorum & Magiſtrorum opificii poſt inſpectionem operis judici factã relationem, (4.) Renuntiatio eſt juris ſibi competentis abdicatio ſeu refutatio, ſic definit eſſe Imperator reſignatione, uti fecit Lotharius & Carolus V. Thuan. L. 17. R. A. 1459. pr. (5.) idem eſt qvod declaratio, proclamatio, ſic dicimus renunciare Conſules, Prætores, Baccalaureos, Magiſtros &c. ſic majoribus votis electus Cæſar proclamatur. Goldaſt. in polit. imp. part. 1. diſcep. 7. 9. 14.

# Cap. II.
## *De*
# Materia Baccalaurei.

### Th. XXI.

Materia ſeu ſubjectum Baccalaurei in definitione hiſce comprehenditur verbis: Perſona, qvæ Lingvarum & Philoſophi, partibus ad hunc gradum neceſſariis abſolutis, honeſtè vivendo. Lingva enim Græca, Latina & partes Philoſophiæ ϱ) adde & honeſta vita ſunt neceſſaria Baccalaurei reqviſita. Breviter: ſit in Baccalaureando ſufficiens ad Baccalaureatus gradum eruditio & honeſta vita. σ.)

ϱ) §. Die ſo zu den Gradu Baccalaureatus gelaſſen werden/ ſollen in der Lateiniſchen und Griechiſchen Grammatica wohl geſchickt/ und in der Dialectica und Rhetorica geübet ſeyn/ auch die Principia Phyſices, Arithmeticam und Sphæram gelernet haben. Conſtit. Elect. Univerſitat. Tit. von der Promot. in Facult. Philoſoph. σ.) Sint autem inculpati, honeſti, probati, gravi teſtimonio mores eorum, qvi ad gradum admittuntur. Nec admittantur contaminati pravis opinionibus de doctrina Eccleſiæ, aut in qvorum moribus aliqva hæret turpitudo. L. IIX. Statut. Acad. Witteb. de Ao. 1586. Tit. von der Promot. in Facult. §. Es iſt unſer Wille und Meynung / daß nicht untüchtige Perſonen zu hohen gradibus kommen/ ſondern keiner weiter promoviret werde/ dann ſeine Geſchickligkeit vermöge der Statuten mit ſich bringet/ & §. wann einer oder mehr in Artibus, Philoſophia oder andern Facultäten ſo viel ſtudiret/ daß er Geſchickligkeit halben ſeinen Standt löblich und nützlich vertreten kan/ auch ſonſten ſich erbar und gebührlich gehalten ꝛc.

Th. XXII. Olim Viri celeberrimi & nobili proſapiâ clari hunc gradum ambire nulli dubitârunt, imò omnem operam & ſtudium in eo poſuerunt, ut gradum, qvô de loqvimur, conſeqverentur, qvemadmodum Chron. Lipſ. ſæpè citatum L. VI. p. 305. horum Exemplorum non pauca enarrat §. Und iſt unter andern dieſer Univerſität nicht ein geringer Ruhm und Lob geweſen/ daß der hochwürdige in GOtt Vater und Herr/ Herr Jacobus des Kloſters zum Heil. Martino in Cölln am Rhein/ Apt und der uhralten Univerſität daſelbſt Cancellarius & Conſervator perpetuus anno 1441. Baccalaureus und des nechſtfolgenden Jahres Magiſter zu Leipzig promoviret worden. So iſt auch faſt kein Geſchlecht derer von Adel in dieſen Landen zu finden/ aus welchen nicht etliche bey dieſer Univerſität promoviret hätten.



LITTERIS BREITKOPFIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67518-p0018-7

Anno 1441. iſt Heinrich Marſchalck von Bieberſtein. A. 1444. Dietrich von Schönberg. A. 1454. Nicol von Erdmansdorff. A. 1458. Otto Pflug von Eyter. A. 1460. Baltzer von Redern. A. 1463. Günther von Bünaw. A. 1465. Nicol von Wolffersdorff und Johann von Breitenbach. A. 1466. Dietrich von Wolfframsdorff und Rudolph von Bünaw. A. 1467. Joachim Vitzthum von Yphofen. A. 1472. Johann Truchſes. A. 1479. Caſpar von Schönberg. A. 1480. Dietrich von Witzleben und Heinrich von Bünaw. A. 1485. Vincentius von Schleinitz. A. 1481. Thilo von Trote und Dietrich von Brandenſtein. A. 1489. Friedrich von Aßenburg. A. 1520. Nicol von Carolwitz/Burgman von Schellndorff. A. 1441. Heinrich von Bracke. A. 1450. Johann von Quernfort. A. 1455. Pnotha ein Freyherr aus Böhmen. A. 1468. Conradus Tſcherneck von Freß. A. 1513. Johann Fürſt zu Anhalt. Inter Principes graduum horum non puduit Johannem Ducem Megapolitanum, Hermannum Haſſiæ Principem Magiſtrum Pragenſem, Albertum Ducem Bavariæ Baccalaureū Pariſienſem &c. ſiqvidem Philoſophicarum diſciplinarum cognitio eſt inſigne viri gravis ornamentum.

Wendelin. Polit. Doctr. p. 306. L. 1. p. 260. & 306. Lans. in Conſultat. de Principat. inter Provinc. Europ. p. 33.

## Cap. III.
*De*
# Forma Baccalaurei.
### Th. XXIII.

Forma eſt ipſe Baccalaureatus, ſeu uti verba definitionis ſe habent; prima in eâdem Laurea, Philoſophica ſcilicet. Laurea enim in Philoſophia prima conſtituit Baccalaureum, ſicut Laurea ſuprema ſeu ſecunda Magiſtrum ſeu Doctorem Philoſophiæ, & qvod eſſe rei dat, id formam Philoſophi ϱ) rectè utiqve dicunt.

ϱ) Hieronym. Prætor. canon. Metaphyſ. Sect. XX. Can. II. pag. 364. &c. Non autem apud illos unam duntaxat eſſe, conſtat, ſed alia eſt vel naturalis vel artificialis Id. can. III. p. 366. Excellent. Dn. Thomaſ. in Erotemat. Metaph. c. 12. qvæſt. 9. & 10. p. 30. vel ſubſtantialis vel accidentalis &c. Burgersdic. Inſtit. Log. Lib. 1. c. 16. p. 84. 85. Sic qvoqve inſignis in jure locus eſt â forma, à qva ſumtum argumentum nedum eſt probabile, verum etiam neceſſarium. Formatur autem dupliciter, uno modo ſic, Forma dat eſſe rei, & conſervat eam in eſſe &c. vid. D. Nicol. Everard. à Middelburg in Loc. Argument. Legal. fol. 39.

CAP.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67518-p0019-7

# CAP. IV.

*De*

# Fine Baccalaurei.

Th. XXIV.

AD finem Baccalaurei devenimus, qvi cum unius rei plures eſſe poſſint, variat. Expreſſimus eum in definitione verbis: cum fructu. Finis (1.) eſt ipſa ſumma in Philoſophia dignitas, qvam Magiſterium vocamus: Cum enim ſine hâc ad illam in Lipſienſi Academia pervenire minimè liceat, neceſſe eſt priùs primam, qvam ſupremam Lauream adipiſci. Clarè enim ſancitum legimus in Conſtit. Univerſitat. σ) Erſtlich iſt unſer Wille und Meynung/ daß hinführo keiner aus erheblichen Urſachen niemand bey unſerer hohen Schulen per ſaltum promoviret/ ſondern die Gradus gehalten werden/ wie ſie einmal wohl verordnet 2c. & rurſus al. in loc. τ) und damit ſo viel immer möglich der ungelehrten Geſellen Promotion verhütet werde/ ſollen die Profeſſores der Kunſt/ die einem Baccalaureo zu wiſſen nöthig/ zu den Examinibus der Baccalaureen gebrauchet/ und niemand per ſaltum promoviret werden. (2.) Ut ad Scholaſtica, Eccleſiaſtica, aliaqve officia eò citius pervenire poſſit, qvi aliàs qvibusdam in locis non admitteretur, puta Thuringia. Ita enim Duces Saxoniæ Dn. Johan. Friederic. & Joh. Wilhelm. in edicto publico. §. und weil ibid. daß man in dieſem Fürſtenthum keinen zum Schul- oder Kirchendienſt/ deßgleichen auch zum Stadtſchreiber brauchen wird/ er habe dann auffs wenigſte Gradum Baccalaureatus hier oder auff einer andern Univerſität erlanget.

σ) Tit. von den Promot. in dreyen Superiorib. Facult. p. 262. τ) Tit. von den Grad. in Facult. Philoſoph. p. 276.

# CAP. V.

*De*

# Actibus Baccalaureum antecedentibus.

Th. XXV.

ACtus illos innuimus verbis: ritu ſolenni. Actus (1.) eſt intimatio ejus, qvi caput υ) conſilii Philoſophici eſt, Decani ſcilicet, qvippe qvi expediendis iis, qvæ functioni ejus propria ſunt, Sta-



LITTERIS BREITKOPFIANIS.

ſtutis & Decretis Communitatis ſuæ ſe per omnia conformem gerit, eademqve diligenter exeqvitur. Invitat itaqve publicè, ut Candidati ſua profiteantur nomina, (2.) poſtqvam illi ſua nomina, uti fieri mos eſt, apud Decanum fuerint profeſſi, & teſtimonia ſui ſtudii vitæqve φ) collecta obtulerint (3.) jubentur ad petitionem præfinitô die adeſſe, qvò univerſi Conſiliarii convocantur, & petendi poteſtas ſingulis, temporis autem redimendi gratiâ uni ex petitoribus nomine omnium conceditur. (4.) Unusqvisqve meminiſſe jubetur conditionum & legum, qvibus qvaſi certaminis iſtius modus definitur, nempe qvod uniuscujusqve Candidati publicam doctrinam freqventandi aſſiduitas & in Diſputationibus nec non Orationibus diligentia inveſtiganda, & qvid de unoqvoqve ſtatui decerniqve debeat, an ſatisfecerit præſcriptis ſtatutis, Philoſophici Collegii deliberationi & arbitrio committendum. (5.) Ad inqvirendum χ) in ſtudia Candidatorum qvatuor Examinatores, ex ſingulis Nationibus unus, eliguntur, (6.) & Candidatis præponuntur à Decano, indicitur dies & hora certa, qvâ adeſſe præcisè eos oportet ad ineundum examen. (7.) Manè ſacramentô & precibus peractis, proponitur Chria vel gnome, à meridie incipit Dn. Decanus Theologica examinare, deinceps in qvinqve circulis, Grammatico, Dialectico, Rhetorico, Phyſico & Mathematico Candidati examinantur. ψ)

υ) Conſtit. Elect. Acad. Tit. von Wahl der Decanen §. in der Philoſophiſchen ꝛc. & ibi iedoch ſoll die Facultas Artium einen Mann hierzu/ der guter Geſchickligkeit/ erbares Lebens und Wandels/ auch ſonſten der Autorität und Anſehens ſey/ daß er den gantzen curſum Studiorum, Diſputationum, Examinum, Promotionum, und alles was ſeinem Amt gebühret/ vermöge der Statuten und unſerer Ordnung anſtellen & c. L. IV. Colleg. Philoſ. Witteb. ſupra Sect. 3. c. 1. §. 19. φ) vid. ſupr. Sect. 3. c. 2. §. 20. Conſtit. dict. Elect. Tit. von den Grad. in Facult. Philoſ. §. Deßleichen ſollen ſie auch guten Lebens und Wandels ſeyn/ auch deſſen gnugſamen Schein vorzubringen haben ꝛc. & §. ehe dann ſie zu den Examen admittiret werden/ glaubwürdigen Schein fürbringen/ daß ſie mit diſputiren/ declamiren/ ꝛc. p. 276. L. IIX. cit. Statut. Witteb. Non admittatur, niſi teſtimonium fide dignum producat, demonſtretqve mores ſuos eſſe inculpatos & honeſtos. χ) De gradibus ſervetur conſvetudo, qvia comperimus ſtudiis profuiſſe & prodeſſe Examina Cit. L. Stat. Witteb. ψ) Sciant ſtudioſi nos examina non in cavillationibus, aut otioſis qvæſtionibus conſumturos eſſe, ſed præcipuis artium materiis in Dialecticis & Phyſicis, Arithmetica, Sphæra & doctrina Eccleſiæ, d. L. 8. & ſupr. Sect. 3. c. 2. §. 21.

# Cap. VI.

## De
# Effectibus Baccalaurei.

### Th. XXVI.

Effectus illi ſunt (1.) γνῶθι σεαυτὸν: beneficio enim Examinis Baccalaurealis in ſe deſcendere coguntur Candidati, dum ſe umbratili ſuo ſtudiorum genere multò minores profectus feciſſe deprehendunt, qvàm ſibi anteà non perſvaſerant. (2.) Maximum ad continuanda ſtudia eſt incitamentum, magnaqve diligentiæ excitatio. ω) (3.) Inſignis inſuper effectus eſt, qvod perpetuo qvaſi Collegio Baccalaureorum diſputatorio interſint, adeoqve tot variarum materiarum disqviſitionibus modò præſidendo, modò reſpondendo, modò auſultando occupentur, exerceanturqve. Simul enim cum Philoſophiæ Baccalaureus creatus eſt, ſtatim penes ipſum poteſtas eſt in inferiori Majoris Principum Collegii Auditoriô ſe exercendi, ſuiqve ingenii virium periculum faciendi diſputando αα)

ω) Cura diſcendi creſcit in his, qvi ſciunt ſe judicia Præceptorum ſubituros eſſe, & ſecum ipſi meditantur, qvomodo ea, qvæ audierint explicaturi ſint L. IIX. Statut: Acad. Witteb. αα) Exercitium diſputatorium multas utilitates affert, aſſvefacit enim ſtudioſos, ut res intricatas in breves concluſiones & ſyllogiſmos aptè iucludere poſſint, & placida opinionū collatio multas res obſcuras eruit & patefacit, dexteritatem affert in reſpondendo & in omni ſermone comitatem. L. VI. Statut. Acad. Witteb. §. Mit den Ordinar-Diſputationen der Baccalaureen der Ordnung ihrer Promotion nach præſidiren/ über 6. poſitiones nicht proponiren. Darbey dann der Decanus ſeyn und auff der Baccalaureen/ ſo opponiren/ ihre fürgebrachte argumenta gute Achtung geben ſoll/ damit dieſelben dialecticè proponiret/ recht aſſumiret und reſolviret werden. Conſtit. Elect. Tit. von der Diſput. in der Philoſ. Facult. p. 276. Rudolph. Agricol. de Invent. L. II. p. m. 460.

Th. XXVII. Conceſſum enim eſt Baccalaureo (4.) in ſubſellio, ut moris eſt, inferiori aſſidere aliis Baccalaureis, cumqve his in ſolitâ publicarum Diſputationum Palæſtra diebus ☿ ac ♄ horis huic Exercitio deſtinatis, pomeridianis ſc. â primâ ad qvartam usqve, contra propoſitas theſes argumentari. Permiſſum eſt (5.) ipſi probatum qvodpiam & utile boni Autoris ſcriptum in Auditorio Philoſophorum publicè explicare tempore illô, qvo ordinariam & publicam doctrinam apud nos antiqvâ conſvetudine ob æſtum

Syrii DNN. Profeſſores intermittunt. (6.) Specialiter etiam Baccalaureo indultum eſt, qvod non teneatur præterlapſô qvinqvennio de novo nomen ſuum apud Magiſtratum Academicum profiteri aut juramentum repetere, juxta Statut. Academicum.

## CAP. VII.
### *De*
# Contrariis.

### Th. XXIX.

CОntraria reſpiciunt vel Baccalaureandum, vel Baccalaureum. Baccalaureando qvatuor obſtant, qvo minus ſcopum attingere poſſit. (1.) Thorus illegitimus. ββ) Hinc omnes & ſinguli Candidatorum obſtringuntur in fidem natalium ingenuorum γγ) jurejurando credulitatis juxta Statutum & tenorem juramenti, qvod incipit: Ego N. N. juro me eſſe legitimam ſobolem parentum meorum &c. & hunc morem non tantùm Lipſia noſtra, ſed & aliæ Univerſitates obſervant. (2.) Inſcitia. Hinc Conſtit. Elect. Univerſit. tit. von der Promot. in den dreyen Superiorib. Facult. §. erſtlich in verb. und nicht untůchtige Perſonen zu denen gradibus kommen ib. p. 252. ſonderlich aber mit allen Fleiß und Ernſt daran ſeyn/ auff daß die Gradus nicht indignis und Ungeſchickten conferiret ꝛc. (3.) Morum perverſitas, cum qvis ſit vagus arg. l. 1. C. de Tiron. vel plus vini & cereviſiæ qvàm olei conſumit, & Epicuri de grege porcus extitit, vel etiamnum exiſtit. Huc ſpectat l.7. C. de Prof. & Med. (4.) Infamia, qvam jamdudum Sacratiſſ. Imperator perſecutus eſt. δδ)

ββ) Illegitima enim nativitas ſive ſit vulgaris, ſive adulterina, ſive inceſtuoſa, ſive tandem concubinaria impedimento eſt l. ult. C. de natur. lib. arg. l. 5. C. ad SC. Orphit. Regulariter enim opinio hæc omnium nationum animos creditur pervaſiſſe, ut qvilibet ſe ſpurium appellari indignè ferat, qvaſi tacitè etiam naturæ notam in ejusmodi origine eſſe ſubmonuerit. Et proinde in celebrioribus Germaniæ Academiis cautum reperitur, ut prius in natales eorum, qvi gradus Academicos ambiunt, inqviratur, qvàm ipſis honores conferantur. Neqve etiam ſpurii in collegia opificum recipi ſolent, niſi ſint Legitimati ſive per ſubſeqvens matrimonium ſive Reſcriptum Imperatoris Nov. 89. c. 2. 4. 9. qvi vel ipſe vel per Comites Palatinos tanqvam Commiſſarios ſuos legitimat. De qvibus vid. Palæot. de Noth. & Spur. c. 55. Freher. Lib. 3. de inſam. c. 23. aliiqve. γγ) Qvanqvam mancipia juris alieni,

qvibus

(qvibus hodiè qvoad ſervilia ſervitia ſimiles ſunt homines proprii,) non debeant curari in tirocinio militiæ ſcribi l. 2. C. de Tiron. attamen ob ſtudia artium liberalium manumitti, & ad dignitatem admitti debent, dann es wird eines Unterthanen Sohn von der Obrigkeitlichen Gewalt loß/ ſo er ſtudiret/ daß er ein nützliches officium bedienen könne/ dann ſolcher mag ſich niederlaſſen wo er wil/ und iſt die Obrigkeit deme/ ſo ſtudiret / ohne alles Entgeld einen Erlaßbrieff zu geben ſchuldig. Revidirte Landes-O. Illuſtriſſimi Principis „ ac Domini, Domini CHRISTIANI Ducis Saxoniæ &c. Poſtulati Admi„ niſtratoris Epiſcopatûs Martisburg. Academiæ Lipſienſis Cancellarii per„ petui, Domini noſtri clementiſſimi, in dero Marggrafſthumb Nieder-Lauſitz de anno 1669. Tit. 4. §. 6. 7. 9. δδ) l. 2. l. 6. C. de Dignitat. l. 8. C. de Decurion. l. 3. C. de re milit. t. t. D. & C. de his qvi notant. infam. qvos enim vitæ turpitudo coinqvinat & infamia ab honeſtorum cœtu ſegregat, iis dignitatis portæ non pateant. c. 87. de R. J. in 6. & ibi CC.

Th. XXIX. Ratione Baccalaurei eſt degradatio ſive gradûs Baccalaureatûs ademtio ob crimen enorme, εε) aliamve prægnantem cauſam, qvâ vel Baccalaureus ſemetipſum dignitate Baccalaureatûs privat ζζ) vel ab iis, qvi poteſtatem habent, cauſa cognita privatur. ηη)

εε) Infamia enim non ſolùm dignitatem impedit, ſed etiam à dignitate acqviſita repellit arg. l. 8. C. de Decur. Hinc infamis non tantum non poteſt fieri nobilis per l. 2. C. de dign. Cujac. l. 21. obſerv. 9. Sed etiam nobilitate præditus per vitæ turpitudinem eam amittit & nobilis eſſe deſinit arg. l. 2. C. de ſecund. nupt. l. 8. C. ad L. Jul. de vi publ. l. 17. C. de dign. Brunnem. ad L. un. C. de infam. cum nulla ſit ſine honeſtate nobilitas; ideoqve nobilibus perſonis gravi infamiâ notatis in ſignum amiſſæ dignitatis arma qvoqve & inſignia gentilitia adimuntur arg. l. 12. ib. ablatis inſignibus C. de dignit. Pariter & Clerici ex diſpoſitione Canonum ob grave aliqvod flagitium damnati, tam dignitatibus & honoribus, qvàm privilegiis & ordinibus ſacris exuuntur. c. novimus X. de V. S. c. 2. x. de pœn. in 6to. Ungep. ad Decret. p. 637. Ut & Laici ſive literati ſive milites dignitate aliqvâ inſigniti, Carpz. Jurisp. Conſiſt. L. 3. t. 10. def. 117. n. 4. ſeq. ζζ) v. c. ſi Baccalaureus exercere vellet ſordidum & abjectum vitæ genus, qvale eſt excoriatoris, lictoris, vagabundi, circumforanei &c. ſiqvidem per opinionem bonorum atqve honeſtorum virorum illi exiſtimationis jacturam patiuntur l. 31. C. de Decur. l. 8. C. de offic. Rect. provinc. l. 1. 2. §. ult. π. de his qvi notant. infam. ηη) Sic Baccalaureus de crimine læſæ Majeſtatis l. 5. C. ad L. Jul. Majeſt. furti l. 42. π. de V. S. l. 8. C. qvibus cauſ. infam. binorum Sponſalium l. 18. C. ad L. Jul. de adult. l. 2. C. de inceſt. & inutil. nupt. perjurii ſpontè commiſſi l. 13. §. ult. π. de Jur. jur. aliorumqve ſcelerum legitimè convictus ſibi poſthac de eo honore blandiri neqvit, arg. l. 12. C. de dignit. Qvæ allegationes

Juris

LITTERIS BREITKOPFIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67518-p0024-1

Juris & JCtorum tantùm pro meliori theſium explicatione & confirmatione mutuari libuit, plura & ex profeſſo ex ipſo jure & JCtorum commentariis colligere licet.

Subſiſtimus hîc & cum D. Gentium Apoſtolo ex I. ad Timotheum 1. v. 17. exclamamus: Regi ſeculorum immortali, inviſibili, ſoli ſapienti DEO honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67518-p0025-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67518-p0026-2

Sa-
um,
ex ex-
do in
publi-
gnifi-
n, ſed
troni
hoc
offici
loſo-
u ho-
de-

D

# BACC … EO,

ANNUENT … HORUM
LIPS … E

M. CHR … ſchultze/

JOHAN … ERO,
March … lic.

… REITKOPFIANIS.